

## VALER. CORDVS

scellum vnà cum retenta fluminū vn-  
da rursus in mare defertur: quod fre-  
quenter in magnorum fluminum o-  
stijs contingit: quales apud nos sunt,  
Rhenus, Albis, Visurgis, Vistula &  
Danubius. At quia Nilus hos, omnes-  
que alios totius Europæ fluuios ma-  
gnitudine excedit, solo Danubio qui  
busdam excepto, sinusq; facit septē,  
longè abinuicem distantibus ostijs,  
spaciosissimos, æstui marino facilli-  
mum accessum præbentibus, necesse  
est Halòs anthos in eius ostijs frequē-  
tius & copiosius inueniri. Cernenti-  
bus itaq; veterib<sup>9</sup> Nili accolis Halòs  
anthos eo quo dixi modo Nilo de-  
fluere, visum est illis non à mari fluuio  
illatum, sed è longinquo delatum, v-  
nà cum Nili vndis delabi, quam opi-  
nionem iam multis argumentis & de-  
monstrationibus confutauimus. Vi-  
detur etiã huic orationi aliquid deef-  
se. vetus enim Dioscoridis interpres  
non tantùm interpretatus est stagnis  
inna-